E xb: 7:bris 1602 Ae

99

Sac. Reg. M.tas

71.27.

D. Samuel Zborowskij dum in Vrbe fuit, sic in aula S.mi uersatus est, ut S.tas S. non obscuram propensae in ipsum uoluntatis significationem dederit collato eidem nobili et opulento sacerdotio. Quod quia iuris esse patronatus compertum est, ac proinde obtineri ab eo non potuit; optat nihilominus S.tas S. atq. ego inprimis adolescentem hunc sanguine et indole praestantem, Ecc.mo aliquo munere decorari. Quae me causa impulit, ut praesentes scribere ad M.tem V. auderem atq. id ab ea demisse atq. enixe peterem, ut dictum D. Samuelem sua regia benignitate complecti dignetur factura in eo rem regalis animi magnitudine dignam, mihi uero tam gratam quam quod gratissimum, ac propterea omni obsequiorum genere pro uirili compensandam. Oro interea Deum Opt. Max. ut M.tem V. sua coelesti gratia ubiq. foueat. Et eiusdem M.tis V. beneuolentiae me humillime commendo. Datj Romae xvj.a Septembris ƆDCij.

Sac. Reg. M.tis V.

Humill.mo Ser.re

Pietro Card.le Aldobrandino

40

Ser.mo ac potentiss.o Polonorum Sueco[rum]q[ue]
Regi Sigismundo Tertio.

Del Card: Aldobrandino
8 de Febrero [illegible]